



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnaburgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**  
**Coloniae Agrippinae, 1657**

Decretvm XLV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

hac vice, volumus, Engelbertum Mofeler, Pastorem Vordensem.

Ad Gronebergensem, Hermannum Hoffhaus, Pastorem in Welinckholthausen.

Ad primarium Emslandiæ Decanatum, Albertum Abbt, Pastorem in Steinebiel.

Ad secundarium, Fratrem Albertum Albachten, Pastorem in Meppen.

Ad Wildeshufanum, Ioannem Stockman, Pastorem Vechtensem.

Ad Cloppenburgensem, Gerardum Coverters, Pastorem ibidem.

Ad Tecklenburgensem & Ravenspergensensem, ex causis, hac vice nullum nominamus.

*His omnibus, ut præfertur, palam ad Officium Decanale denominatis, Synodi Secretarius iussit omnes accedere, ac iuramentum Decanorum ruralem præstare. Mox singuli accesserunt ad Illustrissimum, & bini solitum iuramentum emisserunt, in verba Synodo v expressa.*

*Præstito per Decanos rurales præfato iuramento, Secretarius Synodi continuavit lectionem Decretorum.*

#### DECRETVM XLIV.

**I**N Decanatu Civitatis Nostræ Osnabrugensis, Camerarium constituimus & nominamus, Ioannem Victorem Wernecking, Pastorem ad S. Ioannem.

In Widenbrugenfi, Ioannem Sprengerum, Pastorem in Gutterflo, & Canonicum Collegiæ Widenbrugenfis.

In Iburgensi, Theodorum Mauriti, Pastorem in Hagen.

In Furstenaufenfi, Fratrem Ioannem Weninck, Pastorem in Berfenbruck.

In Vordenfi & Witlacenfi, Ioannem Busch, Pastorem in Ostercapelen.

In Gronenbergenfi, Gerardum Schutte, Pastorem in Gfemel.

In primario Emslandiæ Decanatu, Everhardum Ioannis, Pastorem in Bockeloe.

In secundario Emslandiæ Decanatu, Ioannem Wesseling, Pastorem in Haren.

In Wildeshufano, Ioannem Wafferman.

In Cloppenburgensi, Ioannem Brand, Pastorem in Essen.

*Vi primum prædicti Camerarii ad Officium Camerariorum deputati & publicati fuerunt, Secretarius Synodi eosdem sic allocutus est:*

*Accedant omnes & singuli, ad Camerarium Officium in hac Synodo deputati, & præstent iuramentum Camerariorum.*

*Mox accesserunt Camerarii designati omnes, & idem iuramentum, à Decanis præstitum, mutato officio Decanatus in officium Camerarii, ad manus Illustrissimi, tactis eisdem SS. Evangelis, emisserunt.*

*Emisso per Camerarios dicto iuramento, Secretarius Synodi continuavit lectionem Decretorum.*

#### DECRETVM XLV.

**C**VM etiam Concilium Tridentinum & Statuta metropolitana constituent, nec non consuetudo hujus Ecclesiæ sit, ut etiam Iudices causarum Apostolicarum in Synodis constituentur; sequentes publicamus:

D. Ioannem à Leeradt, Cathedralis Ecclesiæ Nostræ Osnabrugensis Præpositum.

D. Ioannem Wilhelmum à Winckelhausen, eiusdem Ecclesiæ Decanum.

D. Ioannem Biskopinck, Curiae Nostræ Episcopalis Osnabrugensis Officium, & Canonicum ad sanctum Ioannem.

D. Rabanum Heisterman, Collegiæ Ecclesiæ Osnabrugensis ad S. Ioannem Decanum.

Dominum Bernardum Matthiæ à Campo, SS. Theologiæ Doctorem & Canonicum ad S. Ioannem.

Placentne vobis? *Respondit Clerus:* Placent.

#### DECRETVM XLVI.

**C**Enforem librorum volumus in posterum & nominamus D. Ewaldum Marckium, SS. Theologiæ Licentiatum. Placentne vobis? *Respondit Clerus:* Placet.

#### DECRETVM XLVII.

**I**N Pœnitentiarium Episcopalem publicum, in Nostra Cathedrali Osnabrugensi Ecclesia, constituimus & deputamus, Fratrem Reinerum Duister, Conventus Ordinis S. Domini in Civitate Nostra Osnabrugensi Priorum. Placentne vobis? *Respondit Clerus:* Placet.

*Omnibus igitur, ut præfertur, divinâ gratiâ cooperante, ad maiorem Dei honorem & Ecclesiasticæ discipline reformationem peractis, Promotores Synodi instruxerunt pro conclusione Synodi, ut sequitur.*

Reverendissime atque Illustrissime Princeps; cum omnia, quæ in hac Diocesana Synodo Osnabrugensi agenda & tractanda erant, divina auxiliante gratiâ ad optatum finem producta sint; illud à Reverendissima & Illustrissima Clementia Vestra petimus, ego Iodocus à Ledebur, & Bernardus Matthiæ à Campo, hujus Synodi Promotores, ut ipsam Synodum concludere & cum benedictione dimittere velit.

*Respondit Illustrissimus:* Decernimus & mandamus, hanc Synodum Nostram concludendam.

*Hoc dicto, Secretarius legit Decretum de conclusione Synodi, ut sequitur.*

Synodi Nostræ Diocesanae Osnabrugensis, Deo adjutore, optatum videmus finem. quapropter eam, cum gratiarum Deo actione, concludendam esse, decernimus, & conclusionem enunciamus.

*Pro-*